

conuersio: et a deo frequens liberatio conferatur. Nomen est
 fuerit ferreum pectus vel cor lapideum: per totiens liberati
 emolliri: necesse est ad gratiam liberatis quatenus homo deus
 diligat: non propter se tantum sed propter ipsum. Ex occasione
 quippe frequentium necessitatum: crebris necesse est interpella-
 tionibus deum ab homine frequentari. frequentando gusta-
 ti. gustando probari: quoniam suavis est deus. Ita fit ut ad dili-
 gendum purum deum plus iam ipse alliciat gustata suauitas
 quam urgeat nostra necessitas. Suauitatem potes intelligere vel
 eius delectabilitatem: vel benignitatem.

De signis diuini amoris. Capi. vij.

Requiritur de signis diuini amoris no-
 tandum est quod decem sunt signa quibus uerum
 aliquis amet deum. Primum est cum aliquis libenter
 cogitat de deo. ubi enim amor ibi oculus. Unde super illud Ier-
 xx. Dicit si tu sustulisti eum dicitur mihi. ubi posuisti eum. Di-
 citur glo. non dicit quem. quod hoc in animo agere solet vis amo-
 ris. ut quem semper cogitat nullum alium ignorare credat. Sap-
 vj. Cogitare de illa sensus est assumatus. loquitur de sapia in-
 creata. Secundum est cum aliquis est libenter in domo dei.
 Luc. ij. Et de anna quod non discedebat de templo quod meruit inter-
 esse presentationis domini in templo. Et christus cum esset duode-
 cim annorum inuentus est in templo. Luc. ij. qui matris sue et io-
 seph ait. Nesciebatis quod in hijs que patris mei sunt oportet
 me esse. Et super illud math. xxi. intrauit Iesus in templum
 dicitur glo. Ingressus uerum primo templum adque dans for-
 mam religionis. ut quocumque inuis primus domum oratio-
 nis si ibi est addeamus. Crisostomus. Proprium erat homini si-
 lium ut ueniens primo ad domum uereret patris. Tu autem
 imitator christi factus cum in aliquam ingressus fueris ciui-
 tatem primo ante omnem actum ad ecclesiam curras. Tertium
 est cum aliquis de deo vel cum deo libenter loquitur. De
 hoc habemus exemplum in magdalena. que christum dile-
 xit multum. cuius uerba que habentur in euangelio vel de deo